DE PROSODIA LIBELLUS.

AUTHORE

G. BUCHANANO

SCOTO.

GLASGUÆ,
Excudebat *Robertus Sanders,*
Urbis Typographus.

M. DC. LXVII.

TYPOGRAPHUS.

LECTORI.

HAbes, Lector, breviter & perspicuè exposita qua Buchananus tyronibus ad Poetices rudimenta cer necessaria. Ille enim non doctrinâ modo, sed judicio vir in parabilis, nullam hinc ingenij laudem (quam ex alijs scri literatorum omnium judicio, satis amplam consequutus affectare voluit: verùm ad captum puerorum quibus soli scripta sunt, se totum accommodavit. Quod sit tanto viro occupationes & graviora studia licuisse reliquas Gram ticæ partes, pari facilitate strictim percurrisse. Deus bo quanta inde utilitas studiosæ juventuti accessisset? Vale.

DE PROSODIA
LIBELLUS.

ETERES Latini ſeptemdecim Characteribus Literarum erant contenti, *a b c d e f g i l m n o p r ſ t u.*

Adjecta eſt *h*, quæ formam literæ, vim aſpirationis haberet.

X y & *z*, peregrinæ ſunt: *q* & *k* non neceſſariæ. Nam, *c q*& *k* eundem ſonum reddunt, *q* pingen. *l* unum compendium facit, pro *cs* vel *gs*; ut *necs* & *legs*, ſcribatur *nex* & *lex*.

, ad ſonum Græcarum vocum exprimendum eſt neſia.

oco τ ου ζ veteres duplex ſſ ſcribebant; pro *Patrizo* ſſo.

Dividuntur literæ in vocales & conſonantes.

ocales, *a e i o u.*

nſonantes, *b c d f g l m n p r ſ t.*

Dividuntur conſonantes in mutas & liquidas.

Mutæ, *b c d f g p t.* Liquidæ, *l m n r.*

d vocales adjicunt *y* Græcum, medium inter *i* & *u*, m ú Latinum reſpondet *ou* Græcorum diphthongo.

Vocales autem ſunt dictæ, quòd ſingulæ per ſe ſyllabam onum perfectum faciant: ut *Ea, Io, unde.*

Conſonantes, quod perfectum ſonum, niſi cum alio ſtæ, non edant.

Mutæ vocantur, quòd earum ſonus obtuſius, quam alian conſonantium, feriat aures.

Liquidæ autem, quòd ſubjectæ Mutis curſum orationis nus remorentur: &, vocalem brevem præcedentem non ceſſariò faciant longam.

Liquidæ etiam dici possunt, quâ ratione liquidam cem dicimus: quod earum frequentia orationem non do minus languidam, quam mutæ; sed etiam grandior & sonantiorem reddant: ut Virg. 8. Æneid.

--- *rauco strepuerunt cornua cantu.* Lucan. lib. 1.

Pompeiana retinent clausêrunt signa Milonem.

Quam ob causam eos esse dicunt etiam Semivocales appellatos, quasi medio inter mutas & vocales sono.

Duæ vocales, quoties in unam syllabam coalescunt, diphthongum efficiunt: ut æs, *Eurus*, *aula*, *fœnus*, est enim diphthongus duarum vocalium in unâ syllabâ sonus.

In hac tamen vocalium conjunctione *i* & *u*, ambiguum vim habent; nam cum prior in vocalem sequentem incubit, vim consonantis induit: ut in *Ianus*, *Venus*, *Iovis*.

Tantem inter duas Vocales intercidit, pro duplici consonante accipitur, ut in *ajo* & *ejus*.

Sunt & aliæ duæ duplices, x & z: de quibus supra est dictum.

Ut è literis syllabæ, ita è syllabis pedes, è pedibus fiunt versus. Hic ordo naturæ postea videtur, ut primum de syllabis, mox de pedibus, ultimo loco de versu dicatur: verum ordo resolutionis hoc loco mihi videtur commodior quam compositionis. Quare à versu incipientes, eum in suam membra resolvemus. Versus inde dictus videtur, quòd cum cursus orationis ad certum numerum syllabarum venerit, iterum alium ordiatur: ut.

Optima quæque dies miseris mortalibus ævi
Prima fugit.

Is ex pedibus componitur sic.

- vv - ⏑ - ⏑ ⏑ - ⏑ ⏑ - ⏑ ⏑ - -

Optima | quæque di | es miseˈ | ris mor | talibus | ævi

Hanc dimensionem versuum per pedes vulgo scansionem appellant, eamque commodè ad captum puerorum, finistræ manûs digitos collocant.

Genus versuum maximè vulgatum est, quod à materia *Heroicum*, à numero pedum *Hexametrum* dicunt.

Pedes unde versus componuntur, dissyllabi sunt quatuor, *Pyrrhichius* è duabus brevibus, ut *Deus vu* *Spo*

pondeus è duabus longis; ut *Harpax* --
Iambus è brevi & longâ; ut *eruni v-*
Choreus è longâ & brevi; ut *ardor - v*
Hunc postremum vulgo *Trochæum* vocant.
Trium syllabarum pedes.

Ribrachys è tribus brevibus, ut *mutare vvv*
Molossus è tribus longis, ut *fecerunt* ---
Dactylus è longâ & duabus brevibus, ut *omnibus vv*
Bacchius è brevi & duabus longis, ut *parentes v--*
Antibacchius è duabus longis & brevi, ut *mentiris -- v*
Amphimacer è longâ brevi & longâ, ut *sor didi - v-*
Amphibrachys è brevi, longâ & brevi, ut *amare v- v*
Cæteri pedes Oratoribus, quam Poëtis sunt usitatiores: ter *Proceleusmaticum* è quatuor brevibus, qui loco *Dactyli* vel *Anapæsti* interdum ponitur; & *Choriambum* ex *Choreo* & *Iambo* compositum, qui sui generis carmen *Choriambicum* facit.

Animad vertendum non omnes pedes supra enumeratos omnium carminum genera convenire, sed alios alijs esse familiares. *Hexameter* versus, qui & *Heroicus* vocatur, recipit in quatuor primis locis *Dactylum*, vel *Spondeum*, vel *solos*, vel mixtos, quinto ratò *Spondeum*, in sextorum ò *dactylum*.

Ille tuba terribilem sonitum tarantara dixit. Ennius.
Aspectans ventos, tempestatesque sonoras Virg. 1. Æneid.
Imperio premit. ---
Musa mihi causas memora, quo numine læso. 1. Æneid
Silvestrem tenui musam meditaris avena. Eclog. 1.
Longa in angustum quæ clauditur Hellespontus. Ovid. 13. Metamor.
Asseritur vero ex fœtu nucis arbutus horrida Virg. 2. Georg.
Et steriles platani malos gessêre valentes.

Observandæ sunt in versibus dimetiendis figuræ.
Quam ultima superioris dictionis vocalis à primâ
sequentis eliditur.
Admovêre oculis distantia sidera nostris. Ovid. Fast.
Et ratiocinatione atque ingenio supposuêre suo.
Quam cum sua vocali eliditur: ut

Ovid. 1 Fast. *Et mortem et nomen Drusa Germania fecit.*

Item in versu Hypermetro, qui unâ syllabâ ju
est longior, ultima vocalis versus: aut m cum
vocali à primâ vocali sequentis versus elidituꝛ;

Virg. geor. *Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,*
Et foliis undam trepidis defundit ab alto.

Virg. 1 Æneid. *Sternitur infelix alieno vulnere, cælumque*
Aspicit, & moriens dulcis reminiscitur Argos.

Item syllabæ plures in unam coalescunt; ut

Unius ob noxam & furias Ajacis Oilei.

Virg. 1 Æneid. *Notus amor Phædræ, notæ efflinyuria Thesei.*

Ovid. 6. Fast. *Quin protinus omnia*
Perlegerim veteres.

Virg. 6. Æneid. *Quæque ipsa miserrima vidi,*
Et quorum pars magna fui.

Euc. lib. 4. *Unus sæpe tibi tot denarius arca*

Lib. 3. Epig. *Denarius tamen hanc non emo, Basse, tribus,*

Virg. 4. Geor. *Seu lento fuerint alvearia vimine texta.*

Dum Papa omnipotens Capitolii immobile saxum

Buchan. in franciscano. *Accolet, imperiumque pecus, concessus habebit.*

Est præterea quædam licentia poetica, non il
quidem penitus reicienda, ut quâ usi sunt Poetæ
doctissimi; sed non permittenda ayronibus, don
sint firmiori judicio, & scribendi exercitatione a
quam scientiam sint consequuti; ejus generis
sunt hæc; quod vocalem aut diphthongum longam
non elidunt, sed ancipitem faciunt; ut

Virg. 3. Æneid. *Insulæ Ionio in magno, quas dira Celæno,*
Harpyiæque colunt alii.

Virg. 5. Æneid. *Pulsor apud rapidum Simoenta sub Ilio alto.*

Virg. 1. Æneid. *Tunc ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ*
Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam.

O utinam tunc, cum Lacedæmona classe petebat,
Obruta insanis esset adulter aquis.

Ovid. Ep. ad Penelopen. *Te Corycon, ô Alexi: Trahit sua quemq; voluptas*

Virg. 2. Eclog. *Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?*

Virg. 8. Eclog. Aut cum syllaba solvitur in duas: ut terrai frugi
Fab. lib. 1. ex Enn. *ferai* pro *terræ, frugiferæ, Metiee, Suffetiee*, pu
Metie, Suffetio.

Mis

Misit infestas Troiæ ruinas.

Interim syllaba adjicitur : ut,

Romanus Graiusque, ac Barbarus Induperator. Seneca 10. Juve. sat. Lucr. lib. 6. En. apud Ged. lib. 12. cap. 4. Virg. 4. Æneid.

--- viamque Indugredi sceleris ---

Pro ingredi. *Consilio induforo* pro in foro.

Interim in omnibus exceptis, syllaba brevis pro longâ ponitur : ut

--- Pecudúmque reclusis

Pectoribus inhians spirantia consulit exta. Virg. Eclo. 10. virg. 3. Æn. Vir. Ec. 6.

Omnia vincit amor & nos cedamus amori,

Dona dehinc auro gravia, sectoque elephanto.

Illelatus niveum molli fultus Hyacintho.

Hæc licentia videtur durior in aliis versuum generibus.

Fortis Heroïs, Erato, labores Differ. Stat. syl. 4.

De Syllabis.

SYllabæ accidunt tempora & toni, longa syllaba duo habet tempora, brevis unum. Tempus enim nihil aliud est, quam mora in syllaba proferendâ, quam Musici vocis tactu, aut instrumenti percussione longiore vel breviore metiuntur.

Cognoscitur autem syllabæ quantitas, aut exemplis, aut regulis : Exempla è Doctorum poetarum scriptis petenda sunt.

E regulis prima sit hæc.

Vocalis etsi naturâ sit brevis, tamen positione fit longa, sequentibus eam aut duabus consonantibus, aut una duplice, in eadem cum vocali syllabâ : ut est, *sunt, nox nox*, aut diversis, ut *artis, partis, gaza, major* : aut in diversis dictionibus, modò altera saltem consonans adhæreat vocali.

Orandum est ut sit mens sana in corpore sano.

In hoc versu, *ut, sit, in*, syllabæ breves, propter consonantes sequentes, pro longis habentur.

ADMONITIO.

VOcalis naturâ brevis, sequente mutâ & liquidâ, non est necessariò longa: dicimus enim *tenebræ, & tenebræ.*

Ovid. Epist. Deianir. Virg. 8. Æn. *Hercule supposito sidera sulsit Atlas.*
---- Electrâ Atlantide creuit.

SECUNDA REGULA.

VOcalis ante vocalem in Latinis dictionibus est brevis: ut *Deus.*

Excipe *aër*: ut

Lucan. lib. 1. *--- Dum terra fretum, terrámque levabit*
Aër, & longi volvent Titana labores.

Et *divs*: ut

Pers. Satyr. 1. Martia lib. 12. Epig. 94. Ovid. 11. Meram. *---- Ecce inter pocula quærunt*
Romulidæ saturi, quid diapœmata narrant.
Fio cum non habet *r* primam habet longam, ut
Dic mihi si fias tu leo, qualis eris?
Alias brevem: ut
Pars fieri potuisse negat -

Genitivi pronominum exeuntium in *ius*: item nomina similiter declinata penultimam habent communem; præter *alterius*, quod penultimam semper habet brevem, & *alius* quod genitivi penultimam semper habet longam.

Virg. 1. æn. Virg. 1. æn. *Unius ob noxam, & furias Ajacis Oilei.*
Navibus (infandum) amissis unius ob iram
Prodimur

Virg. 6. Æned. Ovid. 1. Trist. Eleg. 3. *Quæ regio Anchisen? Quis habet locus? Illius ergo*
Venimus -
Cum subit illius tristissima noctis imago.
Diana primam habet communem.

Item

em Genitivi & Dativi quintæ declinationis penultimam habent longam.

on radii ſolis, neque lucida tela diei Lucret. lib. 1.
diſcutient.

Excipe fidei, ſpei, rei, quoquam in hoc Lucretius
e facit longam:

enitivus primæ declinationis, cum diphthongus *ai* ſolvitur penultimam habet longam, ut

ulai in medio libabant pocula Bacchi. Virg. Ecclog. 2.

Ehcu primam habet longam: *ohe* communem. Virg. Eclog. 2.

Heu! quid volui miſero mihi? Mar. lib. 4. Epig. 9.

- - ∪∪ - ∪ - ∪ - ∪ Horat. ſerm. 5. lib.

ohe jam ſatis eſt; ohe libelle
huc appelle; trecentos inſeris: ohe
jam ſatis eſt. - - -

TERTIA REGULA.

Diphthongus omnis longa eſt: interim ſequenti vocali fit brevis; ut,

Stipitibus duris agitur, ſudibuſque præuſtis. Virg. 7. Æneid. Ovid. 12. Metam.
Raptaturque comis per vim nova nupta præhenſis.

QUARTA REGULA.

Præterita diſyllaba priorem habent longam, ut, Virg. Eclo. 8.
Ut vidi, ut perii! ut me malus abſtulit error!

EXCIPE.

∪ ∪ ∪ ∪ ∪ ∪
Dedi, tuli, bibi, ſteti, ſcidi, fidi.

QUINTA REGULA.

Supina diſyllaba habent priorem longam; ut Horat. lib. 1. Satyr. 8.
Luſum it Mæcenas, dormitum ego Virgiliuſq;

EXCIPE.

∪ ∪ ∪ ∪ ∪ ∪
Datum, ſatum, ſtatum, natum, itum, quitum,
∪ ∪ ∪
litum, citum à cieo, ſitum à ſino, rutum
à *ruo* in compoſitis.

SEX;

SEXTA REGTLA.

DErivata naturam sequuntur originis; ut

v v v v - -

Lego, legam, lege, legerem, legi, legeram,

- - - -

legerim, legissem, legero, legisse.

EXCIPE.

v - - -

Lucerna, laterna, tegula, regula, cum paucis aliis quæ usus docebit.

Mar. in Aqu. *Dux laterna viæ clausis seror aurea flammis,*
Et tuta est gremio parva lucerna meo.

SEPTIMA REGULA.

PRæpositiones in compositione servant quantitatem quam seorsum habebant, ut *abeo adamo, deduco, amoveo.*

EXCIPE.

Pro. in compositione interim brevis est: ut in *proficeor, profugus, profugio proficiscor procio profaris, procello, proterruus, pronepos, profanus, profestus.*

Communem habent primam syllabam, *procuro, profundo, propello, propago.*

Virg. 7. Æneid. Virg. 1. Æneid. *Di & se.* Præpositiones inseparabiles, longæ sunt.
Dividur hic subito Trojana per agmina rumor.
Est in secessu longo locus, insula portum
Efficit.---

EXCIPE.

Dirimo & disertus, quæ primam corripiunt.

Reliquæ præpositiones ferè corripiuntur. *Aperio* ab *ad* potius quam ab à compositum videri potest.

Refert autem pro *interest* non à præpositione *re*, sed à nomine *ré*, componi arbitror: quis priorem, habet longam.

OCTAVA REGULA.

COmposita á verbis secundæ conjugationis, qualia sunt *liquefactus*, *tepefactus*, secundam habent communem: Cætera quæ ex corruptis, ut ex corrupto & integro componuntur, si prior vocalis in e vel in i exeat, eam vocalem corripiunt: ut *terrifico*, *causidicus*, *nefas*, *nefastus*.

EXCIPE.

Nequicquam & *pridie* quæ primam: *veneficus* & *scelerisidicus*, quæ secundam producunt: *quotidie*, secundam habet communem: *tibicen* longam.

NONA REGULA.

MEdiæ verborum syllabæ, ex conjugationibus cognoscuntur.

De ultimis syllabis.

Ultima cujusque versûs, est communis.

A in fine.

A in fine brevis est: ut

Arma virúmque cano. --- Horat. lib. 1. Satyr. 9. Virg. 2. Æneid.

Excipe imperativos primæ conjugationis: ut *ama*.

Ablativos primæ declinationis: ut

Ibam forte viâ sacrâ.

Item numeri nominis indeclinabilis: ut

Triginta capitum fœtus enixa jacebat.

Manilius tamen hanc syllabam sæpe facit brevem.

Item *supra*, *ultra*, *contra*, *citra*, *frustra*, *infra*, *intra*, *circa*, *prætereà*, *interèà*, *anteà*, *posteà*, quæ interdum corripiuntur.

Quos ultra citráque nequit consistere rectum.

Posteà mirabar cur non sine litibus esset

Prima dies. --- Horat. lib. 2. Satyr. 9. Ovid. 1. Fast.

E in fine.

E in fine brevis est: ut

Sapè

Sapè pater dixit, studium quid inutile tentas.

EXCIPE

Ablativos quintæ declinationis: ut *fide, spe.* Item *Fame* (nam *fames* antiquis fuit quintæ declinationis) & pluralia in *e*: ut *Cete, Tempe.*

Item imperativos secundæ conjugationis: ut *doce, mone.* Item adverbia ab adjectivis secundæ declinationis facta: ut *sanctè, sanctissimè.*

Benè tamen & *malè* ultimas habent breves *fermè* & *ferè* longas.

Juven. Satyr. 3. *Mobilis & varia est fermè natura malorum,*
Cùm scelus admittunt.

Item monosyllaba, *me, te, se, de, e,* & *ne* prohibendi longa sunt.

I in fine.

I in fine longum est: ut *domini, servi.*

Communem habent ultimam: *mihi, tibi, sibi, uti, ubi, ibi,* & ab eis composita.

Strat. in Achil. Ovid. Epist. Laud. Catull. Græcorum dativi & vocativi sunt breves: ut
Palladi lituteæ celebrabat Scyros honorum
Forte diem. ---
Duce Pari Priamide damno sermone tuorum.
Sed dativi interim latinis producuntur: ut
Qualis adest Thetidi, qualis concordia Pelèo.

O.

O in fine commune est: ut *amo, quomodo.*

Item voces Gerundii in *do*, quanquam vim ablativi habeant.

Virg. Eclog. Tibul. lib. 3. Eleg. 9. *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.*
Ipse ego ipse mecum pariter medicando dolorem.

Dativi & ablativi producunt *o*, item *adcō, ideō, satiō* & *cō* cum similibus: *modo* & *imo* brevem semper habent ultimam.

Monosyllaba omnia producuntur: ut *do, sto, pro,*

V

V.

V in fine semper longum est: ut *cornu, genu.*

B. D. T.

B, d, t corripiuntur: ut *ab, ad, et.*

C.

In c finita, longa sunt: ut *dic, duc.*

EXCIPE.

Fac, nec, & *donec,* brevia, *hic* pronomen ne-
ps.

L.

L breve est: ut *nihil.* Excipe *sol, sal,* & *nil,*
æ longa sunt.

N.

N breve est: ut *nomen, numen.*

EXCIPE.

Ren, splen, lien. quin, sin, en, non, & Græca
nulta; ut *Titan, Pæan, Trœzen, Salamin, Delphin,*
andion, Actæon, & similia.

Item accusativos primæ declinationis à nomi-
ativis in *as* & *es:* ut *Anchisen, Æneas.*

R.

R in fine brevis est, cum quavis vocali: ut *vir,*
cor.

EXCIPE.

Par, impar, compar, nar, lar, far, ver, cur,
ur, et quædam Græca tertiæ declinationis; ut
ër, æther.

Celtiber, ultimam habet communem.

As.

In *as* longa sunt: ut *astas.* Excipe accusativos
Græcos

Græcos tertiæ declinationis Latinorum ; ut *Tra-das* : & nominativos fœminini generis ; ut *Pal-*

Es.

In *es* producunt ultimas ; ut *paries, pes, aries, abies, locuples,* & *Ceres.*

EXCIPE.

Reliqua quibus genitivi crescunt, ut *miles, hospes, eques.* Item Græca nominativi pluralis ; ut *Troades* ; & neutra singularis numeri ; ut *Cacoëthes* : & *es* verbum & *penes* præpositionem.

Is.

In *is* brevem habent ultimam ; ut *finis, funis.*

EXCIPE.

Pluralia in *is, dominis. bonis, quis, vobis, vis* nomen & verbum cum compositis ; ut *quidvis.* Item secundas personas verborum quartæ conjugationis ; ut *scis, audis* : & secundas personas subjunctivorum, ut *possis, velis, nolis* : & quæ habent in genitivo *itis* vel *itis*, ut *glis, lis, Samnis.* Item in secundis personis singularibus futuri subjunctivi ; ut *dixeris, miseueris, is* est ambiguum.

Os,

Os longum est ; ut *dos, mos.*

Excipe *os ossis, compos, impos*, & Græca quædam neutri generis ; ut *Chaos*, etiam masculini & fœminini ; ut *Atticos, Delos, Ilios*, & genitivos Græcos, ut *Pallados.*

Us.

Us breve est, ut *tempus, unus.*

EXCIPE.

Monosyllaba, ut *pus, rus, mus*, & fœminina, quæ crescunt in genitivis ; ut *salus, tellus.* Item Geni-

ivos singulares, nominativos, & accusativos
ocativos plurales quartæ declinationis, ut *fru-*
luſus.

Ti.

træca in *yi*, brevia sunt, ut *Capys.*

Toni seu Accentus.

Accidunt & syllabis toni tres, acutus qui eas
attollit, ut *dóminus*: gravis, qui deprimit,
syllabis *mì* & *nùs*: circumflexus, qui & tol-
& deprimit, ut *môs*. Sed corruptus pronun-
di usus ferè acutum cum circumflexo confun-

REGULA PRIMA.

Monosyllaba omnia attolluntur, et quæ
longa naturâ sunt, circumflectuntur, ut
, fraûs.

EXCIPE.

Tres particulas, quæ vocantur *Encliticæ*, quòd
entum præcedentis dictionis ad se retrahant, ac
legantur, tanquam pars ejus essent. Hæ enim,
secùs atque in unâ dictione adjectione syllabæ
mutant accentum, ut *córpora corporáque*, sic
ines hominésque.

- tectúmque, larémque, Amyclaúmque canem, Virg. 1. Georg.
Cressámque pharetram.

SECUNDA REGULA.

IN disyllabis, penultima habet accentum, ut in
ónus, rárus pínus.

REGULA TERTIA.

IN polysyllabis, è tribus ultimis una semper
attollitur, nec ultima unquam. Si in polysyl-
penultima longa sit, ea attollitur, ut *Románus*
sco.

Si

Si penultima brevis sit, quæ eam præcedit, a
tollitur, ut *Dominus, Virgilius, Virgilii, corpó*
bus, córpori.

Hæc est vera accentuum ratio, cui qui plura a
jiciunt, mihi videntur timuisse, ne hæc pars absqu
Magistri operâ comprehendi posset, ideóque re
per se facilem objectis tenebris obscurare voluis
Eorum errorem vir doctissimus *Julius Scalig*
satis luculenter in libro de causis Grammaticæ r
darguit.

DE GENERIBUS CARMINUM.

DE *Hexametro heroico* dictum est superius: ei solet plerumque adjungi *Pentameter elegiacus.*

Quin tu animum obfirmas, atque istinc te usquè Catull.
reducis:
Et Dis in vitis desinis esse miser? Ovid. Epist. Laod.
Mittit & optat amans, quo mittitur ire, salutem,
Æmonis Æmonio Laodamia viro.
Quam mallem in gelidis montibus esse lapis. Tibul. rede, lib. 1. v. 10.
Naufraga quam vasti tunderet ira maris.

Quidam sic metiri volunt.



Sapphi-

Sapphicus Hendecasyllabus Pentameter.

1	2	3	4	5
- ∪	- ∪	- ∪∪	- ∪	- ∪
				- -

Otium Catulle tibi molestum est.
Otium divos rogat in patenti
Prensus Ægæo. ———

Phaleucius Hendecasyllabus Pentameter.

1	2	3	4	5
- -				
- ∪	- ∪∪	- ∪	- ∪	- ∪
∪ -				- -

Cui dono lepidum novum libellum,
Aridâ modo pumice expolitum?
Corneli tibi. Namque tu solebas,
Meas esse aliquid putare nugas.

Glyconius sive Choriambicus Trimeter.

1	2	3
		- ∪∪
- -	- ∪∪	- ∪ -

Sic te Diva potens Cypri.

Alii sic metiuntur.

1	2	3
- -	- ∪∪ -	- ∪∪
		- ∪ -

Choriam-

Aliter sic.



Maecenas atavis edite regibus.

Choriambicus pentameter.



Nullam, Vare, sacrâ vite prius severis arborem. Horat. Od. 3.

Versus Iambicus Acatalecticus Dimeter.



Sedulius.

Herodes hostis impie,
Christum venire quid times?
Non auferet mortalia,
Qui regna dat coelestia.

Prudentio teste

Versus Iambicus Acatalecticus trimeter.

Laudes fœneris prædicemus horridi